



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 1. Monstra esse justitiæ diuinæ monimenta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

C A P V T VII.

Secunda moralis Monstrorum cauſſa, ut
ſint pæna hominum, ob ſcelera plectendo-
rum. Et qui, aut cur aliqua capit is parte,
aut toto capite monstroſo nati
ſint?

§. I.

Monstra eſſe iuſtitiae diuina monimenta.

SUfficeret, ut Monstra ſint, ſi ſi-
gna ſunt, nunc etiam ſæpe ſunt
ſupplicia. Neq; enim tantum per
Mla monet, ſed etiam plectit Deus vel ipſos
monstroſos, vel parentes, vel magistra-
tus, aut etiam totam communitatē mon-
ſtrosorum. Et quidem varijs modis, ob va-
ria peccatorum genera, quorum acerbitas,
diuina vincit bonitatem, quam facit
iustiſſimē in iram defleſtere. Vnde, ſicut
ceterae creaturæ ſunt potentiæ, ita mon-
ſtra ſunt iuſtitiæ monumenta. Et vel Eth-
nicus author Plotinus ſcripſit; ipsam mun-
di artificem rationem, malis, poſtquam facta
ſunt, opportunè admodum uti ſolere, id autem
maxima potestatis eſt, malis etiam bene uti va-
lere. Imo monſtra ipſa potest eſſe iubere,

Plotin.
1. 3. enn.
2. c. 18.

Q quia

326 Cap. VII. Monstra esse à Deo puniente,

quia non sunt mala moris, sed naturæ, & quidem naturæ particularis duntaxat, ac talia, ut sint quoddam bonum totius universi. Bonum enim est Universi, ut in eo iustitia locū habeat, sine qua omnia fūsque deoque verterentur. Quod quoniam, praeter Plotinum, etiam alij, apud gentes agnouerunt, factum est, ut Poëtæ quoq; ipsi tot fingerent monstra, in quæ homines pœna dignos, vel ob alios plectendos, mutatos cecinerant. Hinc Actæon in cerū, Iphigenia in ceruam; Scylla, Aglauros, Daphnis, Anaxarate, Niobe, Aconteus, Atlas, Lycas, Olenus, Proetus, in Saxa; Lycaon in lupum, Achelous in taurum, Æsacus in mergum, Antigone in ciconiā, Atalanta in leænam; Arachne in araneam, Alcithoë in vespertilionem, Diana in felim, Cadmus in anguem, alijque in alias formas monstruosissima metamorphosi ferruntur conuersi. Ita enim vnius curiositas, alterius crudelitas, tertij impietas, & alia crimina aliorum castigata significabantur.

§. II.

Visionibus Deus docuit, monstra esse in pœnam peccatorum.

Quod